Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



num autem: ad fabulas autem conuertent. Tu vero vi
gila: in omnibus labora: opus fac euangeliste: ministe
rium tuum impple: sobrius esto. Ego enim iam delibor:
et tpus resolutionis meae instat. Bonum certamen certa
ui: cursum consummaui: fidem seruaui. In reliquo po
sita est mihi corona iustitiae: quam reddet mihi dns in
illa die iustus iudex: non solum autem mihi: sed et his qui di
lexerunt aduentum eius. Sedm matheum In illo t.d.d.t.d.s.

pablaz hão 29

Homo quidam peregrinus: vocauit seruos suos
et tradidit illis bona sua. Et dedit vni
quique talenta: alii autem duo: alii vero vnum: vnicuique
secdm propriam virtutem: et profectus est statim: abiit autem
qui quinque talenta acceperat: et operatus est in eis et
lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat
lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens
fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Post
multum vero tpis venit dns seruorum illorum: et posui
t rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta
acceperat obtulit alia quinque talenta dicens. Domine qui
que talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucratus
sum. Ait illi dns eius. Euge bone serue et fidelis:
quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam
intra in gaudium dni tui. Accessit autem et qui duo talen
ta acceperat et ait. Domine: duo talenta tradidisti mihi:
ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dns eius. Euge
serue bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis
supra multa te constituam. intra in gaudium dni tui
O. illo tpe. Dixit d.t.d.s. Secundum Lucam.

hanc c. 19.

parabolam homo quidam nobilis abiit in regionem
longinquam accipere sibi regnum et reuer. Vocans se